

Nonnumquam vel raro citantur:

C = Cantabrigiensis Corpus Christi College 71, saec. XIII, quo Asclepius liber non continetur.

H = Musaei Britannici Harleianus 3969, saec. XIII; deest Asclepius.

Pa = Parisinus Lat. 15449, saec. XIV.

Pb = Parisinus Lat. 6286, saec. XIV.

K = Hafniensis Fabricius 91 – 4°, saec. XIII.

W = Codex Guelferbytanus Augustaeus 82, 10 (saec. XIII).

Codex Bruxellensis 3920–23 (saec. XIV).

In libro De interpretatione:

M = liber Bibliothecae Patrum Maristorum, saec. VII–VIII.

T = Parisinus Lat. 13956, saec. IX.

W = Valencianensis, Bibl. Mun. 406, saec. X.

L = Leidensis, B.P.L. 25, saec. X.

V = Parisinus Lat. 12949, saec. IX–X.

D = Parisinus Lat. 7730, saec. XI.

S = Sangallensis, Stiftsbibliothek 64, saec. IX.

O = Aurelianensis, Bibl. Mun. 277, saec. X.

P = Leidensis, B.P.L. 139 B Petavianus, saec. XI.

B = Bambergensis, Staatsbibliothek, Msc. Ph. 1, saec. IX–X.

Be = Bernensis, Stadtbibliothek 265, saec. XI.

E = Parisinus Lat. 6398, saec. XII.

Ca = Carnutensis, Bibl. Mun. 498, saec. XII.

K = Klosterneuburg, Bibl. Mon. 1098, saec. XII–XIII.

Ba = Bernensis, Stadtbibliothek 300, saec. XI–XII.

Z = Parisinus Lat. 11127, saec. XI.

Librorum Carnutensium C et G lectiones ad fidem editionis Thomasii citantur.

[De deo Socratis. Prologus]

⟨EX APULEI FLORIDIS⟩

Ed. Oud.

I

103 Qui me voluistis dicere ex tempore, accipite rudimentum  
104 post experimentum. quippe, prout mea opinio est, bono pericu-  
culo periculum faciam, postquam re probata meditata sunt,  
dicturus incogitata. neque enim metuo ne in frivolis dispi-  
ceam, qui in gravioribus placui. sed ut me omnifariam no-  
veritis, etiam in isto, ut ait Lucilius, schedio \*\*\* et incondi-

5

6 cf. Lucil., fragm. 1279 Marx = 1296 Krenkel

Prologum, qui in libris manu scriptis De deo Socratis opusculum antecedit, virorum doctorum ratiocinationes secuti, opusculo ipsi ab iudicavimus, Floridis tribuimus : nihil enim ad librum De deo Socratis pertinet; cum autem in codicibus hunc locum habeat, haud necessarium duximus viri docti Iohannis Beaujeu sententiam approbare eumque separatim edere. Thomasii opinionem secuti prologum in quinque fragmenta dividimus.

APULEI PLATONICI MADAURENSIS INCIPIT DE DEO (DE EO M, corr. M<sup>2</sup>) SOCRATIS FELICITER BM; APULEI DE DEO SOCRATIS LIBER INCIPIT V, qui statim iterat : Apulei Platonici madaurensis incipit de deo socratis feliciter (madaurensis corr. V<sup>2</sup>); APULEI PLATONICI PHILOSOPHI MAUDARENSIS DE DEO SOCRATIS LIBER INCIPIT NPLU, Apulei Madaurensis Platonis discipuli De deo Socratis liber incipit A, Apulei Madaurensis liber de deo Socratis R, inscriptionem omittunt GOF

3 faciam post om. MV, om. vacuum relinquens M<sup>a</sup> quam :  
qua BMM<sup>a</sup>V sunt corr. Lips. : sum codd. 6 et secl. Wow.;  
ante et lacunam indicant Tho. Beau. : rudi add. censem Tho. ex  
Taciti Agr. 3, subitario add. censem Marx ad Lucil. 1279

to, experimini, an idem sim repentinus, qui praeparatus, si  
qui tamen vestrum nondum subitaria ista nostra cognostis,  
quae scilicet audietis pari labore, quo scribimus, venia pro-  
pensiore, quam legimus. enim sic ferme adsolet apud pru-  
dentes viros esse in operibus elaboratis iudicatio restrictior,  
105 in rebus subitariis venia prolixior. scripta enim pensiculatis  
et examinatis, repentina autem noscitis simul et ignoscitis:  
nec iniuria. illa enim, quae scripta legimus, etiam tacentibus  
vobis talia erunt, qualia illata sunt; haec vero, quae impiae-  
sentiarum et quasi vobiscum par[t]ienda sunt, talia erunt,  
110 qualia vos illa favendo feceritis. quanto enim \*\*\* exinde  
orationi modificabor \*\*\* vos animadverto libenter audire.  
proinde in vestra manu situm est vela nostra sinuare, etiam  
106 mittere, ne pendula et flaccida neve restricta et caperrata  
sint.

II At ego, quod Aristippus dixit, experiar, Aristippus ille  
Cyrenaicae sectae repertor, quodque malebat ipse, Socratis  
discipulus; eum quidam tyrannus rogavit, quid illi philosophiae  
studium tam impensum tamque diutinum profuisset.

---

1 qui praeparatus : *om.* qui BMM<sup>a</sup>V, et *pro* qui *add.* B<sup>2</sup> 2  
nondum *ante* cognoscitis *trai.* AG cognostis BF : recognoscitis  
R, cognoscitis *cett. codd.* 3 quo : quos NPLU 4 enim sic B  
Tho. : sic enim *cett. codd.* Beau. adsolet B M<sup>a</sup>, adsoleant V 5  
esse *prae* in BMM<sup>a</sup>V, *prae* *eras.* et vel quidem *suprascr.* B<sup>2</sup>  
operibus B<sup>2</sup>FROAGPU : opibus MM<sup>a</sup>VNL, opebus B 10 par-  
[t]ienda Rohde, JLZ 1876, 781, parcenda M<sup>a</sup>V 11 favendo H  
Rom. : facienda B, faciendo *cett. codd.* 11–12 lacunas indicant  
Tho. Beau.; post modificabor *add.* tanto a vobis in maius tolletur  
Rom. Ald. Iunt.; post vos *add.* enim *eaedem* *edd.* 13 in manu  
vestra RON situm est FG : situm esse *cett. codd.* 13–14  
etiam mittere : etiam remittere F, et amittere A, *desp.* Tho., et  
immittere Oud. Baeh., Rh. Mus. 1912, 113 14 flaccida : flacida  
MVAG 17 cyrenaicae : \*\* renaicae B, ciranayce V, cironaice G,  
ronaicae A, chyrianiace R quodque : quoque NPLU, corr. P<sup>2</sup>  
Socratis B<sup>2</sup>M<sup>2</sup>OF Rom. : socrati BMVAGR NPLU

5

10

15

Aristippus respondit: ‘ut cum omnibus’, inquit, ‘hominibus  
secure et intrepide fabularer’.

III Verbo subito sumpta sententia est, quia de repantino ob-  
orta est, quasi velut in maceria lapides temerario in[ter]iectu  
poni necesse est neque intericto intrinsecus pondere neque  
collinato pro fronte situ neque coniventibus ad regulam  
107 lineis, quippe qui structor orationis huius egomet non e meo  
monte lapidem derectim caesum adferam, probe omnifari-  
riam complanatum, leviter extimas oras ad unguem co-  
aequatum, sed cuique operi adcommode vel inaequalitate 10  
108 aspera vel levitate lubrica vel angulis eminula vel rotunditate  
volubilia, sine regulae correctione et mensurae parilitate et  
perpendiculi sollertia. nulla enim res potest esse eadem festi-  
nata simul et examinata nec est quicquam omnium, quod  
habere possit et laudem diligentiae simul et gratiam celeri- 15  
tatis.

---

1 cf. Diog. Laert., Vit. Phil. II 68 13 nulla – 15 celeritatis  
Vincent. Bellov., Spec. doctr. V 94; Spec. hist. IV 7

---

3 oborta : aborta A, orbata G, suborta R Rom. 4 in[ter]iectu  
corr. Ellis Vliet, Mnem. 1888, 157, Tho. Beau. 6 conflintato MV  
pro fronte BAGFRP<sup>2</sup> : pro fonte MVONPLU coniventibus G :  
conhiventibus M, cohiventibus B<sup>2</sup>M<sup>2</sup>V<sup>2</sup>ROAL, cuh- V, conhiventibus  
vel conhiventibus *cett. codd.* 7 structor : structum N, fructum  
U, structum P (corr. P<sup>2</sup>), structor R 8 derectum B Tho. Beau. :  
directum FP, directum *cett. codd.* probe : prope MV 9 levi-  
ter extimas *om.* MV extimas R Salm. : exoptimas BNP, exopti-  
mis *cett. codd.* oras BMVONPR : oris FAGLU 10 cuique :  
undiique Lütj., utcumque *con.* Tho. 11 rotunditate FR : rotunda  
*cett. codd.* 14 nec est AGP<sup>2</sup>M<sup>3</sup> : necesse FN<sup>2</sup>, necesse est  
BNPLU, necesse est nec R, neque enim O, *om.* MV 15 habere  
possit AOM<sup>3</sup>P<sup>2</sup>U<sup>2</sup>mg. Vincent. : habere M *cett. codd.*, *post* habere  
lacunam indicant Gold. Tho.

IV Praebui me quorundam voluntati, qui oppido quam a me  
desiderabant ut dicerem ex tempore. et est hercule formido,  
ne id mihi evenierit, quod corvo suo evenisse Aesopus fabu-  
latur, id erit, ne, dum hanc novam laudem capto, parvam  
illam, quam ante peperi, cogar amittere. sed de apolo-  
quaeritis: non pigebit aliquid fabulari.

Corvus et vulpis unam offulam simul viderant eamque rap-  
109 tum festinabant pari studio, impari celeritate, vulpis cursu,  
corvus volatu. igitur ales bestiam praevenit et secundo flatu  
propassis utrimque pennis praelabitur et anticipat, atque ita 10  
praeda simul et victoria laetus sublime erectus in quadam  
proxima queru in summo eius cacumine tutus sedit. eo  
quoque tamen vulpis, quia lapidem nequibat, dolum iecit.  
namque eandem arborem successit et subsistens, cum superne  
raptorem praeda ovantem videret, laudare astu adorta 15  
est: 'ne ego inscita, quae cum alite Apollinis frustra certave-  
rim, quippe cui iam pridem corpus tam concinnum est, ut  
neque oppido parvum neque nimis grande sit, sed quantum

5

110 satis ad usum decoremque, pluma mollis, caput argutum,  
rostrum validum. iam ipse alis persecuax, oculis perspicax,  
unguis pertinax. nam de colore quid dicam? nam cum  
duo colores praestabiles forent, piceus et niveus, quibus in-  
ter se nox cum die differunt, utrumque colorem Apollo suis  
alibus condonavit, candidum olori, nigrum corvo. quod  
utinam sicuti cygno cantum indulxit, ita huic quoque vocem  
tribuisse, ne tam pulchra ales, quae ex omni avitio longe  
praecellit, voce viduata, deliciae facundi dei, muta viveret et  
elinguis! id vero ubi corvus audit, hoc solum sibi pree-  
10 ceteris deesse, dum vult clarissime clangere, ut ne in hoc saltem  
olori concederet, oblitus offulae, quam mordicus retinebat,  
toto rictu hiavit atque ita, quod volatu pepererat, cantu ami-  
111 sit; enimvero vulpis, quod cursu amiserat, astu recuperavit.  
eandem istam fabulam in pauca cogamus, quantum fieri  
potest cohiliter: corvus, ut se vocalem probaret, quod so-  
lum deesse tantae eius formae vulpis simulaverat, groccire  
adortus, praedae, quam ore gestabat, inductricem compo-  
tivit.

3 Phaedr., fab. I 13; Babrius 77; Fab. Aesop. 204 et 204 b ed.  
Halm

1 oppido : oppi BM, opere V quam Rohde, JLZ 1876, 781 :  
quae codd. 2 desiderabant HPa Rohde : desiderabantur cett.  
codd. et : at Lütj. Tho. Beau. 2-3 hercule formido ne id om.  
MV 4 laudem hanc novam RONPLU, hanc tantum MV par-  
vam AFRP<sup>2</sup> : parum cett. codd. 5 sed : si ARO 6 piget MV  
7 vulpis BMV : vulpes cett. codd. 8 vulpis BMVA : vulpes M<sup>2</sup>  
cett. codd. 10 pennis B<sup>2</sup> : pennis BMVAGFP<sup>2</sup>, om. NPLU, alis  
R, alis utrimque O praelabitor NPLU, corr. P<sup>2</sup>L<sup>2</sup> 13 vulpes  
M<sup>2</sup>NPLU quia lapidem B Tho. Beau. : que illic pedem RO, qui  
(quae AG) alipedem cett. codd. (-pidem M) 15 astum AG  
adorsa AG 17 quippe cui BMAGF : quippe cum VRONPLU  
18 opido VAO

2 alis B : ales cett. codd. (om. N) persecuax B : om. cett.  
codd. perspicax : persecuax F 8 omni avitio : omnia vitio  
BVL (corr. L<sup>2</sup>), omnia avitio M (corr. M<sup>2</sup>) 11 clarissime – ne in  
om. MV in hoc Gold. Tho. Beau. : id hoc codd. (id tantum AR  
Van der Vliet); sed cf. Leo, ALL 12, 1902, 99 13 rictu : ore  
MV ita om. MV 14 vulpis BMVAG : vulpes M<sup>2</sup>ROFN  
PLU 16 cohiliter corvus ut om. MV 17 vulpis BM<sup>2</sup>VAG :  
vulpes MROFNPLU groccire : grocire V<sup>2</sup>, grocare AG, crocire  
R con. Flor., croccire con. Tho. collato Plauti Aul. v. 625 18  
praedae om. AG compotuit BMV

EXPLICIT PRAEFATIO, INCIPIT DISPUTATIO DE DEO  
SOCRATIS FELICITER BMV (FELITER B); APULEI MADAU-  
RENSIS DE DEO SOCRATIS LIBER .I. INCIPIT PROLOCUTIO  
F; explicit prologus P, deest subscriptio in AGRONLU

v Iamdudum scio, quid hoc significatu flagitetis: ut cetera  
 112 Latine materiae persequamur. nam et in principio vobis di-  
 113 versa tendentibus ita memini polliceri, ut neutra pars ve-  
 strum, nec qui Graece nec qui Latine petebatis, dictionis  
 huius expertes abiretis. quapropter, si ita videtur, satis ora-  
 tio nostra atticissaverit; tempus est in Latium demigrare de  
 Graecia. nam et quaestione huius ferme media tenemus, ut,  
 quantum mea opinio est, *(p)ars* ista posterior pree illa  
 Graeca, quae anteverit, nec argumentis sit effetior nec sen-  
 tentiis rarior nec exemplis pauperior nec oratione defectior. 10

5

### ⟨DE DEO SOCRATIS⟩

I Plato omnem naturam rerum, quod eius ad animalia pree-  
 115 cipua pertineat, trifariam divisit censuitque esse summos  
 deos. summum, medium et infimum fac intellegas non modo  
 116 loci disclusione verum etiam naturae dignitate, quae et ipsa  
 neque uno neque gemino modo sed pluribus cernitur. ordiri  
 tamen manifestius fuit a loci dispositione. nam proinde ut  
 maiestas postulabat, diis immortalibus caelum dicavit, quos  
 quidem deos caelites partim visu usurpamus, alios intellectu  
 vestigamus. ac visu quidem cernimus

5

vos, o clarissima mundi  
 lumina, labentem caelo quae ducitis annum.

10

nec modo ista praecipua: diei opificem lunamque, solis  
 117 aemulam, noctis decus, seu corniculata seu dividua seu pro-  
 tumida seu plena sit, varia ignium face, quanto longius fa-  
 cessat a sole, tanto largius conlustrata, pari incremento iti-  
 neris et luminis, mensem suis auctibus ac dehinc paribus  
 dispendiis aestimans; sive illa proprio nec perpeti candore,

15

---

8 cf. Plat., Legg. 931a 10–11 Verg., Georg. I 5–6 14 cf.  
 Lucret. V 705 sqq.

1 praecipua H Merc. Tho. Beau. : praecipue codd. Barra 5  
 cernitur AR Rom. Tho. Beau. : cernit BMVGONPLU Barra, dis-  
 cernit F 15 largius R Gold. Tho. Beau. : longius cett. codd.  
 16 mensem BFONPLU : mensis MVAG, mensa R, menses M<sup>2</sup>  
 17 proprio nec Donini–Gianotti RFIC 1982, 292–296 : proprio  
 seu codd. Tho., proprio sibi Rohde, JLZ 1876, 781, proprio sed  
 Beau. post candore traiciendum pollens (p. 8,3) censem Tho.,  
 quem sequitur Beau. (fortasse recte)

---

1–2 cetera materiae Latine *Merc.*, Latine cetera materiae  
*Gold.* 2 latine : latina MV vobis *Rom.* : nobis *codd.* 6  
 latium BFONP<sup>2</sup>V<sup>2</sup> : latinum MVAGRPLU 8 *(p)ars* *Vulc.*  
*Tho. Beau.* ista : ita NPLU 9 effetior MV<sup>2</sup>OFNPA<sup>2</sup> : effec-  
 tior BVAGRLU 10 post defectior *pergunt codd.*; narrationis  
 exordium *add. F*

ut Chaldaeи arbitrantur, parte luminis compos, parte altera cassa fulgoris, pro circumversioneoris discoloris multiuga pollens speciem sui variat, seu tota proprii candoris expers, 118 alienae lucis indigua, denso corpore sed levi ceu quodam speculo radios solis obstitit vel adversi usurpat et, ut verbis 5 utar Lucreti,

notham iactat de corpore lucem:

II utra[que] harum vera sententia est – nam hoc postea 119 videro –, tamen neque de luna neque de sole quisquam Graecus aut barbarus facile cunctaverit deos esse, nec modo 10 istos, ut dixi, verum etiam quinque stellas, quae vulgo vagae 120 ab imperitis nuncupantur, quae tamen indeflexo et certo et statu cursu meatus longe ordinatissimos divinis vicibus aeterno efficiunt. varia quippe curriculi sui specie sed una semper et aequabili pernicitate tunc progressus, tunc vero 15

---

6 Lucret. V 575

2 multiuga BMVGFNPLU : multivaga B<sup>2</sup>AROL<sup>2</sup> Rom. 4 indigua Hild. Beau. collato Metam. IX, 6 : indiga O Rom., indicia cett. codd. corpore sed Tho. Beau. : corpore seu FRONPLU, corpori seu B<sup>2</sup> MVAG, corporis et B, corporis seu Baeh., Rh. Mus. 1912, 115 ceu M<sup>2</sup>A Rom. : seu M cett. codd. 5 radios Wow. : radiis codd. obstitit tuentur Donini–Gianotti : extitit U, obstitit AR Rom., obstiti Scal. Flor. Hild., obstopi Ribbeck, Rh. Mus. 1878, 435, collato Festo, p. 210 Lindsay, unde Tho. Beau. 7 notham O : notam cett. codd. iactat B<sup>2</sup>M<sup>2</sup> ROC : iactam B cett. codd. (iacta M) 8 utra(cum)que corr. Zink, Hermes 1864, 81 Gold. Barra Beau., utra[que] ex Cic. Parad. 3, 24 corr. Merc. Tho.; cf. denique Metam. V16,3 (OLD s.v. uter 2c; Neue – Wagner II 540) 11 quinque : ut OFNPLU, om. R, corr. P<sup>2</sup>, et Rom. 13 statu : aestatu NPLU 14 aeterno B probant dubitanter Tho. Helm, BPW 1909, 839 Baeh., Rh. Mus. 1912, 115 : aeternos cett. codd. Tho.

regressus mirabili vicissitudine adsimulant pro situ et flexu et substituto circulorum, quos probe callet, qui signorum ortus et obitus comperit. in eodem visibilium deorum numero cetera quoque sidera, qui cum Platone sentis, locato:

Arcturum p⟨luviasque⟩ Hy⟨adas⟩ g⟨eminosque⟩ T⟨riones⟩ 5

121 aliosque itidem radiantis deos, quibus caeli chorum compatum et coronatum suda tempestate visimus, pictis noctibus severa gratia, torvo decore, suspicentes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clipeo miris fulgoribus variata caelamina.

Est aliud deorum genus, quod natura visibus nostris dene-  
gavit, nec non tamen intellectu eos rimabundi contempla-  
mur acie mentis acrius † contemplantes. quorum in numero  
sunt illi duodecim [numero] situ nominum in duo versus ab  
Ennio coartati:

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,  
Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo

---

3 cf. August., Civ. Dei IX 16, p. 434, 3 CSEL 5 Verg., Aen. III 516 8–9 cf. Varr. L.L. VII 73; Enn. Trag. Roman. Fragm. 178 Rabb.<sup>2</sup> 16–17 Enn., Ann. 240–241 Skutsch

2 substituto codd., tuentur Merc. (ἀποστάσει interpretatus) Ar-  
mini, Eranos 1928, 334, qui substituto idem atque longinquitate  
valere censem : instituto corr. Novák, Wien. St. 1911, 103 Beau.,  
obstito Scal. Flor., desper. Tho. 4 sentis : secus MV locato :  
locat MV, iccirco AG 5 arcturum PHYGT BMVAG, arcturum  
G.L. FRNPLU, arcturum geminos leonem O Rom. Ald. Iunt. :  
versum suppl. Wow. 8 decore B<sup>2</sup>RO Rom. : decori BAGFN  
PLU, decor MV 12 rimabundi BMVAG : mirabundi FRON  
PLU 13 contemplantes addub. Tho., contuentes Helm, BPW  
1909, 841, contendentes vir doctus apud Oud. alii alia vitandae  
iterationis causa 14 numero om. H secl. Baeh., Rh. Mus. 1912,  
115 Beau. duo : duos V<sup>2</sup>AROG F<sup>2</sup>

122 ceterique id genus, quorum nomina quidem sunt nostris aribus iam diu cognita, potentiae vero animis coniectatae per varias utilitates in vita agenda animadversas in iis rebus, quibus eorum singuli curant.

III Ceterum profana philosophiae turba imperitorum, vana sanctitudinis, priva verae rationis, inops religionis, impos veritatis, scrupulosissimo cultu, insolentissimo spreto deos neglegit, pars in superstitione, pars in contemptu timida vel tumida. hos namque cunctos deos in sublimi aetheris vertice locatos, ab humana contagione procul discretos plurimi sed non rite venerantur, omnes sed inscie metuunt, pauci sed impie diffitentur. quos deos Plato existimat naturas incorporalis, animalis, neque fine ullo neque exordio, sed prorsus ac retro aeviternas, *(a)* corporis contagione suapte natura remotas, ingenio ad summam beatitudinem perfecto, nullius extrarii boni participatione sed ex sese bonas et ad omnia competentia sibi promptu facili, simplici, libero, absoluto.

5

10

15

---

12 sqq. cf. Albin. (Alkin.), *Didask.* c. 10

3 animadversas Colv. : animadversae *codd.* Barra 6 priva H Rom. : parva LU, prava *cett. codd.* 7 scrupulosissimo – p. 13,1 ad miserias P *deperditus* insolentissimo spreto BMFC : insolentissimo spreto NLU, insolentissimos precii VAGO, insolentissime spreto R 8 ante neglegit lacunam indicant Gold. Tho. Novák W. St. 1911, 103, sed cf. Beau., p. 210 12 quos deos plato MVAGRO : quos deos praelato B, quod eos plato F, quod eos prolato NLU incorporalis MV : incorporales BAGROFNLU 13 animalis BMVFNLNU : animales AGRO fine : fini B Tho., corr. B<sup>2</sup> 14 *(a)* add. Lütj. Tho. Beau., qui confert mox (p. 11,9) a corpore removerunt contagione BGR<sup>2</sup> : contagiones B<sup>2</sup>MVAROFNPLU suapte Flor. : suaque *codd.* Chodaczek, Eos 1929, 295 15 perfecto : perfecto RNLU 16 ex sese : ex se FNPLU bonas B<sup>2</sup> Vulc. : bono R Rom., bona B *cett. codd.*

124 quorum parentem, qui omnium rerum dominator atque auctor est, solutum ab omnibus nexibus patiendi aliquid gerendive, nulla vice ad alicuius rei munia obstrictum, cur e[r]go nunc dicere exordiar, cum Plato caelesti facundia praeditus, aequiperabilia diis immortalibus disserens, frequen- 5 tissime praedicet hunc solum maiestatis incredibili quadam nimietate et ineffabili non posse penuria sermonis humani quavis oratione vel modice comprehendendi, vix sapientibus viris, cum se vigore animi, quantum licuit, a corpore removerunt, intellectum huius dei, id quoque interdum, velut in 10 artissimis tenebris rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicare?

125 Missum igitur hunc locum faciam, in quo non mihi [quidem] tantum, sed ne Platoni quidem meo quiverunt ulla verba pro amplitudine rei suppetere, [f]ac iam rebus medio- 15 critatem meam [in] longe superantibus receptui canam tandemque orationem de caelo in terram devocabo. in qua praecipuum animal homines sumus, quamquam plerique se in curia verae disciplinae ita omnibus erroribus ac piacularibus

---

4 Plat., *Tim.* 28 c 7 non posse – 12 intermicare August., *Civ. Dei* IX 16, p. 431, 21 17–18 cf. August., *Civ. Dei* VIII 15, p. 380, 21

---

1 parentem qui M<sup>2</sup> Rom. : parens idem qui R, parentum G<sup>2</sup>, parentumque MG *cett. codd.* 3 munia B<sup>2</sup> (*teste Tho.*) R Vulc. : mutua B *cett. codd.* (mutuam U) Rom. 4 e[r]go corr. Merc. 7 et : etiam G, om. BMV 8 vix autem August. 9 vigore FR August. Rom. : vigori *cett. codd.* removerunt August. Tho. Beau. : moverunt *codd.* (movetur U, admoverunt O) 10 dei B<sup>2</sup>GFR Rom. : diei B *cett. codd.* velut RU *supra versum August.* Rom. : vel U *cett. codd.* 11 artissimis : altissimis R August. 13 quidem secl. Colv. 15 [f]ac iam corr. Merc., secl. Rohde, JLZ 1876, 781 (*punctis notat A, om. O*) 16 [in] secl. Gold., ante rebus trai. Rohde, *ibid.* 19 verae Tho. : velle BMV, bellae B<sup>2</sup>, om. *cett. codd.* Rom. in omnibus AGRO

depravaverint, sceleribus imbuerint et prope exesa mansue-  
126 tudine generis sui immane efferarint, ut possit videri nullum  
animal in terris homine postremius. sed nunc non de erro-  
rum disputatione sed de naturae distributione disserimus.  
IV Igitur homines ratione plaudentes, oratione pollentes, im-  
mortalibus animis, moribundis membris, levibus et anxiis  
mentibus, brutis et obnoxiis corporibus, dissimillimis mori-  
bus, similibus erroribus, pervicaci audacia, pertinaci spe,  
casso labore, fortuna caduca, singillatim mortales, cunc-  
127 ti(m) tamen universo genere perpetui, vicissim sufficienda  
prole mutabiles, volucri tempore, tarda sapientia, cita mor-  
te, querula vita, terras incolunt.

Habetis interim bina animalia: deos ab hominibus pluri-  
mum differentis loci sublimitate, vitae perpetuitate, naturae  
perfectione, nullo inter se propinquo communicatu, cum et 15  
habitacula summa ab infimis tanta intercapedo fastigii dis-  
pescat et vivacitas illic aeterna et indefecta sit, hic caduca et  
subsiciva, et ingenia illa ad beatitudinem sublimata sint, haec

5

10

15

5 igitur homines – 12 terras incolunt August., *Civ. Dei* IX 8, p. 8  
419, 10 9 singillatim – 10 perpetui *ibid.* XII 10, p. 582, 8  
13 habetis – p. 13,1 infimata August., *Civ. Dei* IX 12, p. 424, 8; cf.  
13, p. 426, 23 15 cum et – 16 dispescat Prisc. X 3, 17 (GLK II  
509, 9)

2 tam *ante* immane add. B<sup>2</sup> 4 disserimus H *Merc.* : disseremus  
cett. codd. Barra 5 plaudentes : gaudentes cod. Corbeiens. Au-  
gustini Beau. 7 dissimilibus August. probante Klotz, BPW 1912,  
1203 8 pervicaci : pervicacia NL 9 singulatim F Rom.  
cuncti(m) corr. Lips. Tho. Beau. 10 universo genere secl. con.  
Stew. Tho. 14 differentis B : differentes B<sup>2</sup> cett. codd. 15–16  
et habitacula August. Prisc. : ea habitacula codd. 16 ab FU<sup>2</sup>  
August. Prisc. Rom. : om. cett. codd., fortasse recte 18 subsici-  
va BVGFLU : succisiva A, subseciva M, subscina N, substiciva R,  
subcessiva O sint om. August.

ad miserias infimata. quid igitur? nullone conexu natura  
se vinxit, sed in divinam et humanam partem †campse et  
128 interruptam ac veluti debilem passa est? nam, ut idem Plato  
ait, nullus deus miscetur hominibus, sed hoc praecipuum  
eorum sublimitatis specimen est, quod nulla adrectatione  
nostra contaminantur. pars eorum tantummodo obtutu he-  
beti visuntur, ut sidera, de quorum adhuc et magnitudine et  
coloribus homines ambigunt, ceteri autem solo intellectu  
neque prompto noscuntur. quod quidem mirari super diis  
immortalibus nequaquam congruerit, cum alioquin et inter 10  
homines, qui fortunae munere opulent elatus et usque ad  
129 regni nutabilem suggestum et pendulum tribunal evectus est,  
raro aditu sit, longe remotis arbitris in quibusdam dignitatis  
suae penetralibus degens. parit enim conversatio contemp-  
tum, raritas conciliat admirationem.  
v ‘Quid igitur, orator,’ obiecerit aliqui, ‘post istam caele-  
stem quidem sed paene inhumanam tuam sententiam fa-  
ciam, si omnino homines a diis immortalibus procul repel-  
luntur atque ita in haec terrae tartara relegantur, ut omnis

3 cf. Plat., *Symp.* 203 a; August., *Civ. Dei* IX 16, p. 431, 9

1 infimata AO August. Rom. : infirmata cett. codd. 2 campse  
vel camse codd. (se R, om. O, *vacuum ante camse in B*), hiulcam se  
Tho., partitam se Beau., partitam Koziol, *Zeitsch. Österr. Gymn.*  
1877, 748, mancam se Gold., alii alia 5 est specimen G Au-  
gust. contrectatione August. 6 contaminantur AG August. :  
contaminatur cett. codd. 8 ceteri B<sup>2</sup> AGRO : celeri BMV  
FNPLU solo intellectu B<sup>3</sup>AGR : sola intellecta BMVFONPLU  
(intellectu U) 9 noscuntur B<sup>3</sup>AGOU<sup>2</sup> : nascantur B, nascuntur  
MVFRNPLU 10 alioquin BVF<sup>2</sup>RU : alioqui FNPL, aliqui AM<sup>2</sup>,  
aliquo qui G, aliquis O, aliquin M 11 opulentia BA, opulenta  
O 12 nutabilem BF : mutabilem cett. codd. 13 aditu sit Gold.  
Tho. Beau. : aditus et codd. 16 aliqui : alicui B<sup>2</sup>V 19 religantur  
B<sup>2</sup>MV

sit illis adversus caelestes deos communio denegata nec quisquam eos e caelitum numero vel pastor vel equiso vel busequa ceu balantium vel hinnientium vel mugientium genes intervisat, qui ferocibus moderetur, morbidis medeatur, egenis opituletur? nullus, inquis, deus humanis rebus intervenit: cui igitur preces allegabo? cui votum nuncupabo? cui victimam caedam? quem miseris auxiliatorem, quem fautorum bonis, quem adversatorem malis in omni vita ciebo? quem denique, quod frequentissimum est, iuri iurando arbitrum adhibeo? an ut Vergilianus Ascanius

5

10

per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat?

at enim, o Iule, pater tuus hoc iure iurando uti poterat inter Troianos stirpe cognatos et fortassean inter Graecos proelio cognitos; at enim inter Rutulos recens cognitos si nemo huic 131 capiti crediderit, quis pro te deus fidem dicet? an ut ferocissimo Mezentio dextra et telum? quippe haec sola advenerat, quibus propugnabat:

dextra mihi deus et telum, quod missile libro.

apagesis tam cruentos deos, dextram caedibus fessam telumque sanguine robiginosum! utrumque idoneum non est 20 propter quod adiures, neve per ista iuretur, cum sit summi

11 Verg., Aen. IX 300 18 Verg., Aen. X 773

1 nec quisquam BA : ne quisquam *cett. codd.* 2 e om. AGV equiso Elmen. Tho. Beau. : equitio AGROFNPLU, equisitio BMV 3 busequa : bosequa B<sup>2</sup>, bossequa G, busceca O, hos quae A, bos V 4 intervisat qui : interius atqui MV 8 in omni BMVAGF : omni RNPLU, in hac O 14 rutilos MGP 15 ut H Rom. : ut sepe R, ut se *cett. codd.* 20 robiginosum B : rubiginosum B<sup>2</sup> *cett. codd.* 21 propter quod : per quod Rom. per istam NPLU

deorum hic honor proprius: nam et ius iurandum Iovis iurandum dicitur, ut ait Ennius. quid igitur censes? iurabo per Iovem lapidem, Romano vetustissimo ritu? atque si Platonis vera sententia est, numquam se deum cum homine communicare, facilius me audierit lapis quam Iuppiter.'

5

VI 'Non usque adeo' – responderit enim Plato pro sententia sua mea voce – 'non usque adeo, inquit, seiunctos et alienatos a nobis deos praedico, ut ne vota quidem nostra ad illos arbitrer pervenire. neque enim illos a cura rerum humanarum sed contrectatione sola removi. ceterum sunt quaedam 10 divinae mediae potestates inter summum aethera et infimas

133 terras in isto intersitae aeris spatio, per quas et desideria nostra et merita ad eos commeant.' hos Graeci nomine δαιμονίων nuncupant, inter terricos caelicolasque vectores hinc precum inde donorum, qui ultiro citro portant hinc 15 petitiones inde suppetias ceu quidam utri[u]sque interpretes et salutigeri. per hos eosdem, ut Plato in Symposio autumat,

2 cf. Enn., *Trag. Roman. Fragm.* 380 Ribbeck; Cic., *Off.* III 29, 104 6 [Plat.], *Epinom.* 984de 10–11 cf. Apul., *Apol.* 43 13–14 August., *Civ. Dei* VIII 22, p. 390, 26; 24, p. 400, 8 17 cf. Plat., *Symp.* 202 d; Plut., *def. orac.* 13, 416 F; *de Is. et Osir.* 26, 361 C; Alkin., *Didask.* 15; *Dox. Graeci* p. 77 Diels

1 iovis iurandum om. FRNPLU, add. P<sup>2</sup> 6 responderit: respondebit B<sup>2</sup>, respondit AR, respondet O 9 illos a cura Sciopp. : illa sacra *codd.* (ipsa sacra A), illos sacris Rom. 13 ad eos : ad deos OPaCH Tho. hos : hoc BMV, corr. B<sup>2</sup> graeci : graeco B<sup>3</sup> Colv. δαιμονίων Ald. : daemonas B, daemones *cett. codd.* 14 terricos B<sup>2</sup> mg. H Vulc. : homines RO, om. *cett. codd.* 15 citroque B<sup>2</sup>V<sup>2</sup> 16 suppetias BM<sup>2</sup>V<sup>2</sup>F : suppeticias ARONPLU, subpetitis G, suppetas MV utri[u]sque corr. Roberde, JLZ 1876, 781 Usener apud Tho., utrimque Ald.

cuncta denuntiata et magorum varia miracula omnesque praesagiorum species reguntur. eorum quippe de numero 134 praediti curant singuli [eorum], proinde ut est cuique tributa provincia, vel somniis conformandis vel extis fissiculandis vel praepetibus gubernandis vel oscinibus erudiendis vel va-  
tibus inspirandis vel fulminibus iaculandis vel nubibus co-  
ruscandis ceterisque adeo, per quae futura dinoscimus. quae 5  
cuncta caelestium voluntate et numine et auctoritate, sed  
daemonum obsequio et opera et ministerio fieri arbitran-  
VII dum est. horum enim munus atque opera atque cura est, ut 10  
135 Hannibali somnia orbitatem oculi commin[ar]entur, Flami-  
nio extispicia periculum cladis praedicant, Attio Navio au-  
guria miraculum cotis addicant; item ut nonnullis regni fu-  
turi signa praecurrant, ut Tarquinius Priscus aquila obum-  
bretur ab apice, Servius Tullius flamma colluminetur a capi-  
te; postremo cuncta hariolorum praesagia, Tuscorum piacula,  
fulguratorum bidentalia, carmina Sibyllarum. quae om-  
nia, ut dixi, mediae quaepiam potestates inter homines ac 15  
136 deos obeunt. neque enim pro maiestate deum caelestium  
fuerit, ut eorum quisquam vel Hannibali somnium pingat 20

11 cf. Cic., *Divin.* I 24, 48    12 cf. Liv. XXI 63, 13    13 cf. Liv.  
I 36, 3 sqq.; Cic., *Divin.* I 17, 32    14 cf. Liv. I 34, 8    15 cf. Liv.  
I 39, 1; Val. Max. I 6, 1    19–20 cf. Sen., *Nat. Quaest.* II 32, 3;  
Cic., *Divin.* I 52, 118

3 singuli : singula *Flor.* eorum *secl. Gold.*    4 somniis FO :  
sommnis *cett. codd.*    11 annibalis omnia BNPLU, corr. B<sup>2</sup> com-  
min[ar]entur corr. *Wow.* flaminio AR : flammideo O, flaminino  
BMF, flaminion NP, flaminio U, flamini G, flaminio V, orbi]ta-  
tem – 12 praedicant om. L    12 praedicant corr. *Stew.* : praedi-  
cent *codd.*    Attio : Atto corr. *Oud. Tho.*, sed conferenda esse  
quae ad Cic., *Divin.* I, 31 observat Pease, admonet Beau.    13  
item Merc : ita *codd.*    16 hariolorum B : ariolorum MVR, ario-  
lum AGOFNPLU    20 hannibalis BMVAG, corr. B<sup>2</sup> pingat :  
fingat *Salm. Beau.*

vel Flaminio hostiam corruget vel Attio Navio avem velificet  
137 vel Sibyllae fatiloquia versificet vel Tarquinio velit apicem  
rapere sed reddere, Servio vero inflammare verticem nec  
exurere. non est operae diis superis ad haec descendere:  
mediorum divorum ista sortitio est, qui in aeris plagiis terrae 5  
conterminis nec minus confinibus caelo perinde versantur,  
ut in quaque parte naturae propria animalia, in aethere vol-  
VIII ventia, in terra gradientia. nam cum quattuor sint elementa  
notissima, veluti quadrifariam natura magnis partibus dis-  
terminata, sintque propria animalia terrarum, *(aquarum,) 10*  
138 flamarum, – siquidem Aristoteles auctor est in fornacibus  
flagrantibus quaedam propria animalia pennulis apta volita-  
re totumque aevum suum in igni deversari, cum eo exoriri  
cumque eo extingui, – praeterea cum totiuga sidera, ut iam  
prius dictum est, sursum in aethere, id est in ipso liquidissi-  
mo ignis ardore, compareant, cur hoc solum quartum ele-  
mentum aeris, quod tanto spatio intersitum est, cassum ab  
omnibus, desertum a cultoribus suis natura pateretur, quin 15

11 Aristot., *Hist. anim.* V 19, 552 b 10 Bekk.

1 flaminio V, flaminio P, flaminino F<sup>2</sup> conruget H<sup>2</sup> s. v. *Ellis Beau.* : conroget *codd. Tho.* Att[i]o *Oud. Tho.* navio : navi B (corr. B<sup>2</sup>), om. FNPLU avem H corr. *Lindenbrog.* : navem VAG FRONP, navim MLU, pavem B 3 rapere sed om. NPLU Rom. 7 ut : aut FNPLU quaque B : quacumque *cett. codd.* volventia B : voluntia B<sup>2</sup> *cett. codd.* 9 disternata : disternita RNPLU Rom. 10 sintque Pa Rom. : sint quae B<sup>2</sup>, sit quae BMFGPU, sitque VAONL, sit quaedam RB<sup>3</sup> aquarum add. Merc. 12 propria *secl. Ribbeck, Rh. Mus.* 1878, 438, *Novák*, W. St. 1911, 104 *Beau.*, parvula corr. *Tho.* 14 totiuga BNPLU : totvaga B<sup>2</sup> MVAGRO 15 sursum Rom. : cursum *codd.* 16 quartum B<sup>3</sup> *Vulc.* : quattuor *vel IIII. codd.* elemen-  
tum B<sup>3</sup> *Vulc.* : elementa BMVGFRNPLU, elementorum AO 18 omnibus : hominibus M<sup>2</sup>VROP

in eo quoque aeri(a) animalia gignerentur, ut in igni flam-  
mida, in unda fluxa, in terra glebulenta? nam quidem qui  
aves aeri attribuet, falsum sententiae meritissimo dixeris,  
quippe [quae aves] nulla earum ultra Olympi verticem subli-  
139 matur. qui cum excellentissimus omnium perhibeatur, ta-  
men altitudinem perpendiculo si metiare, ut geometrae au-  
tumant, (decem) stadia altitudo fastigii non aequiperat,  
cum sit aeris agmen immensum usque ad citimam lunae  
140 helicem, quae porro aetheris sursum versus exordium est.  
quid igitur tanta vis aeris, quae ab humillimis lunae anfracti-  
bus usque ad summum Olympi verticem interiacet? quid  
tandem? vacabitne animalibus suis atque erit ista naturae  
pars mortua ac debilis? immo enim, si sedulo advertas, ipsae  
quoque aves terrestre animal, non aerium rectius perhibeantur.  
enim semper illis victus omnis in terra, ibidem pabulum,  
ibidem cubile, tantum quod aera proximum terrae volitando  
transverberant. ceterum cum illis fessa sunt remigia pinna-  
rum, terra ceu portus est.

IX Quod si manifestum flagitat ratio debere propria animalia  
etiam in aere intellegi, superest ut, quae tandem et cuiusmo-  
di ea sint, disseramus. igitur terrena nequaquam – devergant  
enim pondere – sed ne(c) flammida, ne sursum versus calo-  
re rapiantur. temperanda est ergo nobis pro loci medietate

1 aeri(a) *Tho.* : aeri B, aere B<sup>2</sup> *cett. codd.* *Barra* gignerentur  
FRO *Beau.* : gigneret AG *Merc. Tho.*, gignerent *cett. codd.* in  
igni : igni NL 3 aeri : in aethere MV 4 quae aves *secl.*  
*Merc.* 5 omnium : montium *Rohde*, JLZ 1876, 781, omnium  
(montium) *Lütj. Tho.* 7 (decem) *add. Colv.* 9 helicem, quae  
*Flor.* : faelicemque *codd.* exordium H *Rom.* : exortum *cett.*  
*codd.* 14 terrestre B<sup>2</sup> *Vulc.* : pertestre B, semper terrestre ROC,  
perterreste *cett. codd.* aerium : aereum MVF 15 est enim B<sup>2</sup>,  
semper enim AGRO 21 devergant *Merc.* : devergunt *codd.*  
22 sed ne(c) *Rom.* 23 temperanda est AOCH : temperanda  
M<sup>2</sup>GRP<sup>2</sup>, temperande vel temperandae BMVNPLU

5

10

15

20

20

media natura, ut ex regionis ingenio sit etiam cultoribus eius  
ingenium. cedo igitur, mente formemus et gignamus animo  
id genus corporum texta, quae neque tam bruta quam terrea  
141 neque tam levia quam aetheria, sed quodam modo utrimque  
seugata vel enim utrimque commixta sint, sive amolita seu  
modificata utriusque rei participatione: sed facilius ex utro-  
que quam ex neutro intellegentur. habeant igitur haec dae-  
monum corpora et modicum ponderis, ne ad superna in-  
(s)cendant, aliquid levitatis, ne ad inferna praecipitentur.  
X quod ne vobis videar poetico ritu incredibilia confingere, 10  
142 dabo primum exemplum huius libratae medietatis. neque  
enim procul ab hac corporis subtilitate nubes concretas vi-  
demus. quae si usque adeo leves forent, ut ea quae omnino  
ARENT pondere, numquam infra iuga, ut saepenumero anim-  
advertisimus, gravatae caput editi montis ceu quibusdam 15  
curvis torquibus coronarent. porro si suapte natura spissae  
tam graves forent, ut nulla illas vegetioris levitatis admixtio  
sublevaret, profecto non secus quam plumbi rodus et lapis  
suopte nisu caducae terris illiderentur. nunc enimvero pen-  
dulae et mobiles huc atque illuc vice navium in aeris pelago 20  
ventis gubernantur, paululum immutantes proximitate et  
5

3 cf. Lucret. V 474–475 12 cf. Lucret. VI 102 sqq. 18 cf.  
Lucil., *fragm.* 1192 Marx = 1213 Krenkel

4 aetheria BFNPL : aetherea B<sup>2</sup>AU, etherea RGO, aethereae M,  
etheram V modo utrimque : modo utrique A 5 enim utrim-  
que RC Rom. : enim utrumque *cett. codd.* (enim utraque A<sup>2</sup>) 8  
in(s)cendant Colv. : incedant B<sup>2</sup>MVGRP<sup>2</sup>, incedat FNPLU, rece-  
dant AO, riincedat B 9 (et) add. B<sup>3</sup> *Scal. Tho. Beau. ante* aliquid  
levitatis 11 libratae : libere MV, libera L (corr. L<sup>2</sup>), liberatae in  
ras. B<sup>2</sup> 17 nulla FRUAGOMV : nullam BNPL, nulla in B<sup>2</sup> 18  
rodus Merc. : globus B<sup>3</sup>H, robus BFNPLU, robur MVAGRO  
19 suopte BGFRNPLU : suapte B<sup>2</sup>MVG<sup>2</sup>AO

longinquitate. quippe si aliquo umore fecundae sunt, veluti  
 143 ad fetum edendum deorsus degrassantur. atque ideo umec-  
 tiores humilius meant aquilo[nis] agmine, tractu segniore[s];  
 sudis vero sublimior cursus et, cum lanarum velleribus simi-  
 les aguntur, cano agmine, volatu perniciore. nonne audis 5  
 quid super tonitru Lucretius facundissime disserat?

principio tonitru quatuntur caerula caeli,  
 propterea quia concurrunt sublime volantes  
 aetheriae nubes contra pugnantibus ventis.

XI quod si nubes sublime volitant, quibus omnis et exortus 10  
 e(s)t terrenus et retro defluxus in terras, quid tandem cen-  
 144 ses daemonum corpora, quae sunt concretio multo tanta  
 subtilior? non enim ex hac faeculenta nubecula et umida  
 caligine congregata, sicuti nubium genus est, sed ex illo pu-  
 rissimo aeris liquido et sereno elemento coalita eoque nemi- 15

6 Lucret. VI 96–98

1 aliquo : alia quo B<sup>2</sup>MV, in alio R humore *vel* umore  
 BFRONPU : humero MG, numero V, humo AL, humidu A<sup>2</sup>  
 2 fetum : fletum NLU degrassantur B<sup>2</sup>AGFROPU : degrassatur  
 BMVNL 3 aquilo[nis] corr. Lips. segniore[s] corr. Merc.  
 4 et : e(s)t corr. Tho. Beau. lanarum : lanarum BMV, corr.  
 B<sup>2</sup>M<sup>2</sup> 5 agunt AG 8 propterea quia Rom. : propter alia  
 codd. (praeterea alia B<sup>2</sup>, propter animalia O) 9 aethereae  
 MVAG, corr. V<sup>2</sup> contra pugnantibus V<sup>2</sup> (contra *in* mg. et pro  
 erasum) Rom. : propugnantibus V cett. codd. ventis B<sup>2</sup>V<sup>2</sup>P<sup>2</sup>CH  
 Rom. : venis BVP cett. codd. 10 omnis et : omnis AOL, omni-  
 bus G 11 e(s)t corr. Scal. 12 concretio con. Kronenberg, Cl.  
 Rev. 1904, 447 ex Min. Fel. Oct. 5, 8, unde Tho. : concreta  
 codd. multo tanta tuentur Havet, ALL 1900, 579 Leo, ALL  
 1902, 100–101 : multo tanto B<sup>2</sup>FU, tanta om. AROP<sup>2</sup> 13 sup-  
 tiliora AROP<sup>2</sup>, subtiliore (elemento) con. Leo, ALL 12, 1902,  
 100 et umida Colv. : tumida codd.

ni hominum temere visibilia, nisi divinitus speciem sui offre-  
 rant, quod nulla in illis terrena soliditas locum luminis occu-  
 parit, quae nostris oculis possit obsistere, qua soliditate ne-  
 cessario offensa acies immoretur, sed fila corporum possi-  
 dent rara et splendida et tenuia usque adeo ut radios omnis 5  
 nostri tuoris et raritate transmittant, splendore reverberent  
 et subtilitate frustrentur. hinc est illa Homerica Minerva,  
 quae mediis coetibus Graium cohibendo Achilli intervenit.  
 versum Graecum, si paulisper opperiamini, Latine enuntia-  
 bo – atque adeo hic sit impraesentiarum. Minerva igitur, ut 10  
 dixi, Achilli moderando iussu Iunonis advenit:

soli perspicua est, aliorum nemo tuetur.

hinc et illa Vergiliana Iuturna, quae mediis milibus auxilia-  
 bunda fratri conversatur

miscetque viris neque cernitur ulli,

15

prorsus quod Plautinus miles super clipeo suo gloriatur:

praestringens oculorum aciem hostibus.

7 cf. Plut., *Gen. Socr.* 10, 580 C; Max. Tyr., *Diss.* 8, 5; August.,  
*Civ. Dei* IX 7, p. 418, 5 Hom., *Il.* I 198 15 Verg., *Aen.* I  
 440 16 Plaut., *Mil.* 4

1 offerant B<sup>2</sup>GR Rom. : offert BMVAFONPLU 3 necessaria  
 NPLU 4 fila : fida B<sup>2</sup>O NPLU 5 radio sonnis NPLU 6  
 splendore : et splendore B<sup>2</sup>AG *edd.* reverberet BNPLU, corr.  
 B<sup>2</sup>P<sup>2</sup> 7 frustrantur BPLU, frustantur N, corr. B<sup>2</sup> 9 opperiamini  
 BFNP : operiamini MVAGRLU, comperiamini O enuntiabo  
 FRONPLU : nuntiabo BMVAG 10–11 *ante* ut dixi add. cum  
 Rohde, JLZ 1876, 781, add. quae Koziol, Zeitsch. Österr. Gymn.  
 1877, 750

XII Ac ne ceteros longius persequar, ex hoc ferme daemonum numero poetae solent haudquaquam procul a veritate osores et amatores quorundam hominum deos fingere: hos prosperare et evehere, illos contra adversari et adfligere; igitur et misereri et indignari et angi et laetari omnemque humani animi faciem pati, simili motu cordis et salo mentis ad omnes cogitationum aestus fluctuare: quae omnes turbelae tempestatesque procul a deorum caelestium tranquillitate exulant. cuncti enim caelites semper eodem statu mentis aeterna aequabilitate potiuntur, qui numquam illis nec ad dolorem v(er)sus nec ad voluptatem finibus suis pellitur nec quoquam a sua perpetua secta ad quempiam subitum habatum demovetur, nec alterius vi – nam nihil est deo potentius – neque suapte sponte – nam nihil est deo perfectius. porro autem qui potest videri perfectus fuisse, qui a priore statu ad 15 alium rectiorem statum migrat, cum praesertim nemo sponte capessat nova, nisi quem paenituit priorum? non potest enim subsequi illa mutata ratio sine praecedentium confirmatione. quapropter debet deus nullam perpeti vel odii vel amoris temporalem perfunctionem et idcirco nec indignatione nec misericordia contingi, nullo angore contrahi, nulla alacritate gestire, sed ab omnibus animi passionibus liber nec dolere umquam nec aliquando laetari nec aliquid repen-

1 ex hoc – 8 exulant August., *Civ. Dei* IX 3, p. 409, 27 (cf. IX 6, p. 416, 23; VIII 17, p. 384, 1–2; X 27, p. 491, 22)

3 hos prosperare August. B<sup>3</sup> Colv. : *om. codd.* 4 et evehere August. B<sup>3</sup> Colv. : *et vere codd.* illos contra August. B<sup>3</sup> Colv. : illos secundum *codd.* (secundum illos A, illos secundum *punctis notat* B<sup>3</sup>) 6 ad omnes : *per omnes August.* 7 turbelae CH August. : turbulæ *cett. codd.* 11 v(er)sus corr. Scal. 14 sponte : natura AGRP Beau., notum O 15 perfectus B<sup>2</sup>M : perfectius B *cett. codd.* 18 illa : ulla B<sup>2</sup> mutata ratio : muta ratio NLU, mutatio P 19 odii O Lips. : opis *cett. codd.* 23 dolere : dolore BLU (corr. B<sup>2</sup>L<sup>2</sup>), dolorem O

5

10

20

15

20

XIII tinum velle vel nolle. sed et haec cuncta et id genus cetera daemonum mediocritati rite congruunt. sunt enim inter nos ac deos ut loco regionis ita ingenio mentis intersiti, habentes communem cum superis immortalitatem, cum inferis passionem. nam proinde ut nos pati possunt omnia animorum placamenta vel incitamenta, ut et ira incitentur et misericordia flectantur et donis invitentur et precibus leniantur et contumeliis exasperentur et honoribus mulceantur aliisque omnibus ad similem nobis modum varient. quippe, ut fine comprehendendam, daemones sunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo passiva, corpore aeria, tempore aeterna. ex his quinque, quae commemoravi, tria a principio eadem quae nobis, quartum proprium, postremum commune cum diis immortalibus habent, sed differunt ab his passione. quae propterea passiva non absurde, ut arbitror, nominavi, quod sunt iisdem quibus nos turbationibus mentis obnoxii. XIV unde etiam religionum diversis observationibus et sacrorum

5

10

15

3 cf. August., *Civ. Dei* VIII 14, p. 376, 24; 377, 5 10 August., cf. *Civ. Dei* VIII 16, p. 381, 10; IX 13, p. 425, 9

2 rite *om.* NPLU 3 ac : et AGR regionis AF<sup>2</sup>R : religionis F *cett. codd.* 4 cum superis communem AG 5 perinde B<sup>2</sup> animorum GO : animarum *cett. codd.* 6 ut et ira ROCH Oud. : ut ira F, et ira *cett. codd.* 6–8 incitentur ... flectantur ... invitentur ... leniantur ... mulceantur BFRONPLU : incitantur ... flectuntur ... invitantur ... leniuntur ... mulcentur B<sup>2</sup>MVAG (*sed leniantur ... mulceantur MV*) 7–8 et contumeliis exasperentur *om.* BMVAG 9 varient B : variant B<sup>2</sup>MV, variantur AG, variantur FRONPLU fine BMVGFR : finem ANPLU 12 quae *om.* Rom. 13 nobis August. : nobiscum *codd.*, nobis sunt Erdmann, Rev. Instr. Belg. 1910, 381 Beau. 16 turbationibus BMVNLU : perturbationibus AGFROP

variis suppliciis fides impertienda est, esse nonnullos ex hoc  
divorum numero, qui nocturnis vel diurnis, promptis vel  
occultis, laetioribus vel tristioribus hostiis vel caerimoniis  
149 vel ritibus gaudeant, uti Aegyptia numina forme plangoribus,  
Graeca plerumque choreis, barbara autem strepitu cymbali-  
starum et tympanistarum et choraularum. itidem pro regioni-  
bus et cetera in sacris differunt longe varietate: pomparum  
agmina, mysteriorum silentia, sacerdotum officia, sacrifican-  
tium obsequia; item deorum effigiae et exuviae, tem-  
plorum religiones et regiones, hostiarum cruores et colo-  
150 res. quae omnia pro cuiusque more loci sollemnia et rata  
sunt, ut plerumque somniis et vaticinationibus et oraculis  
comperimus saepenumero indignata numina, si quid in sacris  
socordia vel superbia neglegatur. cuius generis mihi exempla  
adfatim suppetunt, sed adeo celebrata et frequentata sunt, ut  
nemo ea commemorare adortus sit, quin multo plura omiserit  
quam recensuerit.

Idcirco supersedebo impraesentiarum in his rebus orationem occupare, quae si non apud omnis certam fidem, at certe penes cunctos notitiam promiscuam possident. id po- 20

1 esse nonnullos *Tho. Beau.* : etsi nonnullos BF, etsi nonnullas NPLU, et sunt nonnulli M<sup>2</sup>VAGP<sup>2</sup>, et sunt nonnullis M, et si nulli sunt R, et si nonnulli sunt O 3 vel tristioribus BMVAGF : et tristioribus ONPLU, tristioribus R 5 autem AROV : aut *cett. codd.* 7 longe BFNPLU : longa MVAGRO 8 mysteriorum : ministrorum NO, ministeriorum PLU 9 effigiae B *Rohde, Rh. Mus. 37, 1885, 149* : effigies B<sup>2</sup> *cett. codd.* 10 et regiones BMV : *om. cett. codd.* 11 sollempnia : solentia AP<sup>2</sup> rata : rara VARP<sup>2</sup> 12 ut plerumque : plerumque L, et plerumque B<sup>2</sup>P<sup>2</sup> 13 si quid : si quis BMV, *corr. B<sup>2</sup>* 18 orationum BNPLU, *corr. P<sup>2</sup>* 20 certe B<sup>2</sup>MVAGRO : certa B, certam F, certas NPLU possident B<sup>2</sup>AO : possidet B *cett. codd.* id : hic RNPLU

tius praestiterit Latine dissertare, varias species daemonum philosophis perhiberi, quo liquidius et plenius de praesagio  
xv Socratis deque eius amico numine cognoscatis. nam quodam significatu et animus humanus etiam nunc in corpore situs daemon nuncupatur:

diine hunc ardorem mentibus addunt,  
⟨Euryale, an sua cuique deus fit dira cupido?⟩

igitur et bona cupido animi bonus deus est. unde nonnulli  
arbitrantur, ut iam prius dictum est, εὐδαίμονας dici bea-  
tos, quorum daemon bonus, id est animus virtute perfectus 10  
est. eum nostra lingua, ut ego interpretor, haud sciam an  
151 bono, certe quidem meo periculo poteris Genium vocare,  
quod is deus, qui est animus sui cuique, quamquam sit im-  
mortalis, tamen quodam modo cum homine gignitur, ut eae  
preces, quibus Genium et genua precantur, coniunctionem 15  
152 nostram nexumque videantur mihi obtestari, corpus atque  
animum duobus nominibus comprehendentes, quorum  
communio et copulatio sumus.

6–7 Verg., *Aen.* IX 184–185 8 cf. Xenocr., *fragm.* 81 Heinze  
 = 238 Isnardi; cf. August., *Civ. Dei* IX 11, p. 423, 25 12 cf.  
 Max. Tvr., *diss.* 8, 6: Serv., *ad Verg. Aen.* III 63

1 daemonum B<sup>2</sup>AO : dum unum BMVGFRNPLU, numinum  
H 2 quo B<sup>2</sup>Rom. : quod B cett. codd. 3 socrati BNPLU, corr.  
B<sup>2</sup>P<sup>2</sup> 6 mentibus addunt P<sup>2</sup>Rom. : M.A. *tantum* cett. codd.  
(animum mortalibus addunt refingit A, ardorem menti accomoden-  
O) 7 Euryale – cupidō add. Rom. 9 ut om. NPLU εὐδαί-  
μονας Ald. Tho. : euemonas codd. Beau. 11 eum Sciopp. : cum  
codd., quem B<sup>2</sup>Rom. haud : aut BMV 13 sui : suus AOP<sup>2</sup>  
cuique : cuiumque PU, ciuimque NL, cuicumque P<sup>2</sup>, unicuique  
R 14 eae Rom. : haec vel hae codd. 15 preces om. LU  
genua BFNPLU : genia MVAGRO precantur MVAGOP<sup>2</sup> :  
precatur BFNPLU, precamur RCH 16 nexumque Merc. : nec  
sunt qui O, nec sunt quae cett. codd.

Est et secundo significatu species daemonum animus humanus emeritis stipendiis vitae corpori suo abiurans: hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem dictitatum. ex hisce ergo Lemuribus qui posterorum suorum curam sortitus placato et quieto numine domum possidet, Lar dicitur familia-  
 153 ris; qui vero ob adversa vitae merita nullis [bonis] sedibus incerta vagatione ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum malis noxiis, id genus plerique Larvas perhibent. cum vero incertum est, quae cuique eorum sortitio evenerit, utrum Lar sit an Larva, nomine 10 Manem deum nuncupant: scilicet et honoris gratia dei vocabulum additum est. quippe tantum eos deos appellant, qui ex eodem numero iuste ac prudenter curriculo vitae gubernato pro numine postea ab hominibus praediti fanis et caen-  
 154 rimonii vulgo advertuntur, ut in Boeotia Amphiaraus, 15 in Africa Mopsus, in Aegypto Osiris, alias alibi gentium, Aesculapius ubique.

1 cf. August., *Civ. Dei* IX 11, p. 423, 14; Plat., *Cratyl.* 398 b; *Resp.* V 468 esq.; Max. *Tyr.*, *Diss.* 8, 8. 15–16 cf. Tert., *Ad nat.* II 7, 1; Clem. Alex., *Strom.* I 21, 133

2 corpori Pb Merc. : corpore cett. codd. 3 lemurem RO : lemurm cett. codd. dictitatum : dictatum PU, corr. P<sup>2</sup> 4 qui B<sup>2</sup>A GROPU : quo BMVFNL posterorum AG : posteriorum cett. codd. 5 numine : nomine NPLU Lar dicitur : largitur B, largitor MV, lar B<sup>2</sup> 6 ob adversa : ad universa P, om. LU bonis secl. *Markland apud Hild.*, *dubitanter tuetur Kronenberg*, *Mnem.* 1928, 50; propriis corr. Wow. 7 vagatione MVAGR : vacatione BFONPLU punitur FRONPLU : ponitur BMV AG 8 noxiis malis NPLU hic genus RNPLU 10 sortitio BMVAGOP<sup>2</sup> : sortio FRNPLU 11 scilicet et : scilicet FR, scilicet ei Tho. 14 pro numine Colv. : praenomine codd. ab B<sup>2</sup>F : om. B cett. codd. 15 Boeotia Ald. : boetia codd. Rom. 16 africam NPL mopsus : obsus NPL, mobsus OP<sup>2</sup> alibi : aliqui NPLU, corr. P<sup>2</sup>

XVI Verum haec omnis distributio eorum daemonum fuit, qui quondam in corpore humano fuere. sunt autem non poste-  
 riore numero, praestantiore longe dignitate, superius aliud, 5 augustius genus daemonum, qui semper a corporis compedi-  
 bus et nexibus liberi certis potestatis curant. quorum e  
 155 numero Somnus atque Amor diversam inter se vim possi-  
 dent, Amor vigilandi, Somnus soporandi. ex hac igitur subli-  
 miore daemonum copia Plato autumat singulis hominibus in  
 vita agenda testes et custodes additos, qui nemini conspicui  
 semper adsint, arbitri omnium non modo actorum verum 10  
 etiam cogitatorum. at ubi vita edita remeandum est, eundem  
 illum, qui nobis praeditus fuit, raptare illico et trahere veluti  
 custodiam suam ad iudicium atque illic in causa dicunda  
 adscire, si qua commentiatur, redarguere, si qua vera di-  
 cat, adseverare: prorsus illius testimonio ferri sententiam. 15  
 proinde vos omnes, qui hanc Platonis divinam sententiam  
 me interprete auscultatis, ita animos vestros ad quaecumque  
 agenda vel meditanda formate, ut sciatis nihil homini pre-  
 istis custodibus nec intra animum nec foris esse secreti, quin

6 cf. Apul., *Flor.* 10 8 cf. Plat., *Tim.* 90 a; *Phaed.* 107 d; *Resp.* X 617 e; 620 e; Epict., *Diss.* I 14, 12 sqq.

2 humano B<sup>2</sup> Vulc. : numero B cett. codd. (vivo A, suo R, vel vivo P<sup>2</sup>), secl. Gold. 3 praestantiore AFNPLU : praestantiori B<sup>2</sup>MVA<sup>2</sup>GRO, praestantior B 5 curant BG : curantur B<sup>2</sup> cett. codd. 6 possident B<sup>2</sup>AGRO : possideant BMVA<sup>2</sup>FNPLU 8 singulis secl. con. Baeh., Rh. *Mus.* 1912, 118, secl. Beau. 9 additos A Lütj. : singulos additos HPa, singulis additos cett. codd. Beau. 13 dicunda : dicenda AGRP 15 testimonio : testimo-  
 nia NPL 16 proinde B<sup>2</sup> Rom. : deinde B cett. codd. 18 homini BMVAGP<sup>2</sup> : omnino FRONLU, homine P 19 nec intra B<sup>2</sup>AR OU : ni intra BMVNPL, ne intra G, non intra F, nil intra P<sup>2</sup>

156 omnia curiose ille participet, omnia visitet, omnia intellegat,  
in ipsis penitissimis mentibus vice conscientiae deversetur.  
hic, quem dico, privus custos, singularis praefectus, dome-  
sticus speculator, proprius curator, intimus cognitor, adsi-  
duus observator, individuus arbiter, inseparabilis testis, ma-  
lorum improbator, bonorum probator, si rite animadver-  
tur, sedulo cognoscatur, religiose colatur, ita ut a Socrate  
iustitia et innocentia cultus est, in rebus incertis prospector,  
dubiis praemonitor, periculosis tutator, egenis opitulator,  
qui tibi queat tum insomniis, tum signis, tum etiam fortasse 10  
coram, cum usus postulat, mala averruncare, bona prospes-  
care, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare,  
secunda regere, adversa corrigere.

XVII Igitur mirum si Socrates, vir adprime perfectus et Apolli-  
nis quoque testimonio sapiens, hunc deum suum cognovit et 15  
coluit, ac propterea eius custos – prope dicam Lar contuber-  
nio familiaris – cuncta et arcenda arcuit, praecavenda praen-  
cavit et praemonenda praemonuit, sicubi tamen interfectis

7–8 cf. Xenoph., *Mem.* IV 3, 15 14 sqq. cf. Max. *Tyr.*, *Diss.*  
8, 1; 8, 8

1 visitet s.v. B<sup>2</sup> *Gold. Tho. Beau.* : viset MVGFONPL, visat  
ARP<sup>2</sup>, viset et in ras. B<sup>2</sup>, visa U 2 diversetur AGRO 3 privus  
*Tho. Beau.* : prorsus codd., tuetur Armini, *Eranos* 1928, 335 10  
insomniis *Tho. Beau.* : somniis CH Ald., insomnis cett. codd. 11  
averruncare *Pitheus apud Colvium* : autruncare BAGFRP, aut  
truncare MVNLU, attruncare O 16 Lar Merc. : par codd. 17  
et arcenda *Tho. Beau.* : et argenda B, quae arcenda sunt B<sup>2</sup> cett.  
codd. arguit NPLO praecavenda *Tho. secutus correxi* : (et)  
praecavenda *Tho.*, quae cavenda codd. (quae cavenda sunt FR)  
18 interfictis : intersectis G Rom., imperfectis Wow., interceptis  
Casaub., intersectis Oud.; *lectionem librorum tuetur Tho. collato*  
*Met. XI, 24*

5

sapientiae officiis non consilio sed praesagio indigebat, ut  
158 ubi dubitatione clauderet, ibi divinatione consistaret? multa  
sunt enim, multa, de quibus etiam sapientes viri ad hariolos  
et oracula cursitent. an non apud Homerum, ut (in) quo-  
dam ingenti speculo, clarius cernis haec duo distibuta, seor-  
sus divinationis, seorsus sapientiae officia? nam cum duo  
columna totius exercitus dissident, Agamemnon regno pol-  
lens et Achilles bello potens, desideraturque vir facundia  
laudatus et peritia memoratus, qui Atridae superbiam, sed et  
Pelidae ferociam compescat atque eos auctoritate advertat, 10  
exemplis moneat, oratione permulceat, quis igitur tali in  
tempore me(dius) ad dicendum exortus est? nempe Pylius  
orator, eloquio comis, experimentis catus, senecta venerabili-  
lis, cui omnes sciebant corpus annis hebere, animum pru-  
dentia vigere, verba dulcedine adfluere. itidem cum rebus 15  
XVIII creperis et afflictis speculatores diligendi sunt, qui nocte  
159 creperis et afflictis speculatores diligendi sunt, qui nocte

7 cf. Hom., *Il. I* 245 sqq. 15 cf. Hom., *Il. X* 218 sqq.

1–2 ut ubi : ut ibi FRPLU 2 clauderet BNPLU : claudicaret  
B<sup>2</sup> MVAGROP<sup>2</sup> ibi divinatione : ubi divinatione FRP 3 mul-  
ta om. VGFRU, inulta B, et talia B<sup>2</sup> de om. BMV, in B<sup>2</sup> 4 an  
H Iunt. *Tho.* : at cett. codd. in add. Rom. quodam FUC :  
quadam cett. codd. (quedam AGP<sup>2</sup>) 5 clarior : claritus B *Tho.*  
(corr. B<sup>2</sup>) 8 desideraturque : desideratoque A, desideratumque  
O, desideratur G 9 sed et : sedet P<sup>2</sup> *Flor. Tho. Beau.* 11 quis  
B<sup>2</sup> MVAGO : quid BFRNPLU 12 me(dius) corr. *Tho.* : me  
om. AGO Rom., secl. Baeh., Rh. Mus. 1912, 118, Vliet, Mnem.  
1888, 161 exortus Pb Wow. : exoratus G, exhortatus cett.  
codd. Pylius Rom. : philius B<sup>2</sup>V<sup>2</sup>O, phielius BMVF, phylius G,  
pilius A, phielidus NPLU, phielictus R 14 hebere B<sup>2</sup>MAGFR  
NU : habere BVOPL 16 creperis A Rom. : crepereis BM  
GFNPLU, ereperis R, corporeis VO speculatores Par. 6369  
*apud Beau.*, Urs. *apud Stew.* : spiculatores R, spectatores cett.  
codd.

intempsa castra hostium penetrrent, nonne Ulixes cum Diomede diliguntur veluti consilium et auxilium, mens et manus, animus et gladius? enimvero cum ad Aulidem desidibus et obsessis ac taedio abnuentibus difficultas belli et factas itineris et tranquillitas maris et clementia ventorum per fibrarum notas et alitum vias et serpentium escas exploranda est, tacent nempe mutuo duo illa sapientiae Graiae summa cacumina, Ithacensis et Pylius: Calchas autem longe 160 praestabilis hariolari simul alites et altaria et arborem contemplatus est, ac(tu)tum sua divinatione et tempestates flet 10 xit et classem deduxit, decennium praedixit. non secus et in Troiano exercitu cum divinatione res indigent, tacet ille sapiens senatus nec audet aliquid pronuntiare vel Hicetaon vel 161 Lampo vel Clytius, sed omnes silentio auscultant aut ingrata auguria Heleni aut incredita vaticinia Cassandrae. ad eundem modum Socrates quoque, sicubi locorum aliena sapientiae officiis consultatio ingruerat, ibi vi daemonis praesag[i]a regebat(ur). verum eius monitis sedulo oboediebat eo-

5

10

15

3 cf. Hom., *Il.* II 303 sqq. 13 cf. Hom., *Il.* III 147

2 consilium: consimilium NPLU 3 ad Aulidem Buckley Tho.: ab aulide codd. Beau. (ab tantum R), in Aulide Rom., ab secl. Merc. Flor. desidibus AO: desedibus cett. codd. 6-7 exploranda est Kiessling apud Tho.: exploranda AO, explorande cett. codd. 7 Graiae: gratiae ONPLU 9 arioli NPLU arborum RO Merc.: arbores GP<sup>2</sup>, arborum BMVAFNPLU 10 ac(tu)tum Rom., ictum B<sup>2</sup> 11 et decennium GFH Rom. Tho. Beau. 13 Hicetaon Merc.: hic etiam codd. 14 Lampo Pius apud Colvium: iambo vel iampo codd. Clytius Pius apud Colvium: clytias vel clicias codd. 15 Heleni GPb Colv.: hebeni U, helene cett. codd. 16 Socrates RPbH: socrati GF, socratis cett. codd. aliena Casaub.: aliene codd. 17-18 praesagi[i]a regebat(ur) Elmen. Tho.: praesagiar(i)egebat Wiman, *Textkritiska Studier till Apuleius*, Göteborg 1927, 80-83 Beau.; verum addubitanus, praesagaci egebat con. item Beau.

XIX que erat deo suo longe acceptior. quod autem incepta Socrati(s) quaepiam daemon ille ferme prohibitum ibat, numquam 163 adhortatum, quodam modo ratio praedicta est. enim Socrates, utpote vir adprime perfectus, ex sese ad omnia congruentia sibi officia promptus, nullo adhortatore umquam indigebat, at vero prohibitore nonnumquam, si quibus forte conatibus eius periculum suberat, ut monitus praecaveret, omittet coepit impreseentiarum, quae tutius vel postea capesseret vel alia via adoreretur.

5

In huiuscmodi rebus vocem quampiam divinitus extat dicebat audire – ita enim apud Platonem –, ne quisquam arbitretur omina eum vulgo loquentium capitasse. quippe 164 etiam semotis arbitris uno cum Phaedro extra pomerium sub quodam arboris opaco umbraculo signum illud adnuntium sensit, ne prius transcenderet Ilissi amnis modicum fluentum, quam increpitum indignatum Amorem recinendo placasset; cum praeterea, si omina observitaret, aliquando eo-

15

11 cf. Plat., *Phaedr.* 229 a; 242 bc; 243 b

1 deo RPb Stew.: de cett. codd., daemoni B<sup>2</sup> mg. Socrati(s) Flor. 2 quaepiam: quispiam MV daemon GPbRCB<sup>2</sup>: demonum cett. codd. 3 adhortatum BMVF: om. AGRON PLU quodam modo MVAGFU: quod ad modo BNPL (corr. B<sup>2</sup>P<sup>2</sup>), quo ad monendum R, quod ad monendum O enim: enim vero B<sup>2</sup>AGO 8 omittet: omittere FNPLU tutius: tocius BMV postea: potius BMV 9 adoreretur BNPLU: adoriretur MVAGFRO 10 rebus H: rebus dicit B<sup>2</sup>N, rebus dixit cett. codd. (dixit secluserant Gold. Tho. Beau.) 11 dicebat B<sup>2</sup>V<sup>2</sup>H Rom.: discebit R, discebat BV cett. codd. (om. O) se audire B<sup>2</sup>H 12 omina Casaub.: omnia codd. 13 uno BMVAG: una A<sup>2</sup>FRONPLU 14 adnuntium: ac nuntium B<sup>2</sup>, annunciatum R 15 Ilissi Casaub.: illius codd. amnis: animi MV fluentum B<sup>2</sup>F: fluentis O, fluenti B cett. codd. 16 increpitum indignatum Amorem recinendo Casaub.: increpitum inclinatum amore retinendum codd. (incripitum B) placasset FCHO: placasse cett. codd. 17 omina Wow.: omnia codd.

rum nonnulla etiam hortamenta haberet, ut videmus plerisque usu evenire, qui nimia ominum superstitione non suopte corde sed alterius verbo reguntur ac per angiporta reptantes 165 consilia ex alienis vocibus colligunt et, ut ita dixerim, non XX animo sed auribus cogitant. verum enim vero, ut ista sunt, certe quid(em) ominum harioli vocem audiunt saepenumero auribus suis usurpatam, de qua nihil cunctentur [de qua scient] ex ore humano profectam. at enim Socrates non vocem sibi sed ‘vocem quampiam’ dixit oblatam, quo additamento profecto intellegas non usitatam vocem nec humana significari. quae si foret, frustra ‘quaepiam’, quin potius aut ‘vox’ aut certe ‘cuiuspam vox’ diceretur, ut ait illa Terentiana meretrix:

audire vocem visa sum modo militis.

166 qui vero vocem <quampiam> dicat audisse, aut nescit, unde ea exorta sit, aut in ipsa aliquid addubitat, aut eam quiddam insolitum et arcanum demonstrat habuisse, ita ut Socrates eam, quam sibi divinitus editam tempestive accid(ere dic)ebat. quod equidem arbitror non modo auribus eum verum

5

10

---

4 cf. Lucret. V 1133–1134 13 Ter., Eun. 454

1 haberet ut Rom. : haberet et B<sup>2</sup> (*ut vid.*) C, habere et *cett. codd.* 5 ut(*ut*) Stew. Tho., qui tamen ut defendit collata Apol. 43 (*ut tuetur Beau.*) 6 quid(em) Wilamowitz apud Tho. omnium Lütj. : omnium *codd.* 7 de qua Scal. : de quo *codd.* 7–8 de qua sciunt secl. Tho. Beau. 9 vocem B<sup>2</sup> Rom. : dulcem AO, duce U, ducem B *cett. codd.* quo additamento B<sup>2</sup>MVAG : quo addimento FP, quo abdimento RONP<sup>2</sup>LU 15 <quampiam> add. Rom. 16 ea BMVAGF : om. RONPLU aut eam : ut eam MV, aut etiam G 17 et arcanum om. NPLU 18 sibi H Wow. : sibi ait R, sibi ac *cett. codd.* accid(ere dic)ebat con. Tho., unde Beau. : accedebat VRO, accidebat *cett. codd.*, alii alia

etiam oculis signa daemonis sui usurpasse. nam frequentius non vocem sed signum divinum sibi oblatum prae se ferebat. id signum potest et ipsius daemonis species fuisse, quam solus Socrates cerneret, ita ut Homericus Achilles Miner- 5 vam. credo plerosque vestrum hoc, quod commodum dixi, cunctantius credere et impendio mirari formam daemonis Socrati visitatam. at enim [secundum] Pythagoricos mirari oppido solitos, si quis se negaret umquam vidisse daemo- nem, satis, ut reor, idoneus auctor est Aristoteles. quod si cuivis potest evenire facultas contemplandi divinam effigi- em, cur non adprime potuerit Socrati obtingere, quem cuivis amplissimo numini sapientiae dignitas coaequarat? nihil est enim deo similius et gratius quam vir animo perfecte bonus, qui hominibus ceteris antecellit, quam ipse a diis immortalibus distat.

167 10 XXI Quin potius nos quoque Socratis exemplo et commemo- ratione erigimur ac nos secundo studio philosophiae pari(s) similium numinum [c]aventes permittimus? de quo quidem

15

---

4 cf. Plut., *De gen. Socr.* 580 C 7–9 cf. Arist., *fragm.* 193 Rose

2 non B<sup>2</sup>RH Rom. : non prae B *cett. codd.* sibi divinum AG prae se ferebat : praeferebat MV, corr. M<sup>2</sup> 5 commodum Novák apud Tho. : commodo BMVGFRNPL, modo B<sup>2</sup>AUO 7 visitatam : usitatam AGFP secundum secl. Rose, addub. Tho., contra con. Rohde, JLZ 1876, 781; secundum secl. et contra post Pythagoricos add. Beau. 8 solitos opido AG 10 cuivis B<sup>2</sup>M<sup>2</sup>AGFROP<sup>2</sup> : cuius BMVNPLU 12 numini : numine VA 12–13 est enim : enim est VR 14 antecellit *recte tuetur*, ‘magis’ subaudiens, Tho. 16 socratis ex socratu B<sup>2</sup>V<sup>2</sup> 17 se- cundo : secundum RONPLU pari(s) corr. Flor. 18 simili- um : similitudini con. Beau. [c]aventes corr. Vulc., cupientes N<sup>2</sup>, desp. Tho.

168 nescio qua ratione derapimur. et nihil aequa miror quam,  
cum omnes et cupiant optime vivere et sciant non alia re  
quam animo vivi nec fieri posse quin, ut optime vivas, ani-  
mus colendus sit, tamen animum suum non colant. at si quis  
velit acriter cernere, oculi curandi sunt, quibus cernitur; si 5  
velis perniciter currere, pedes curandi sunt, quibus curritur;  
itidem si pugillare valde velis, brachia vegetanda sunt, qui-  
bus pugillatur. similiter in omnibus ceteris membris sua cui-  
que cura pro studio est. quod cum omnes facile perspiciant,  
nequeo satis mecum reputare et proinde, ut res est, admirari, 10  
cur non etiam animum suum ratione excolant. quae quidam  
ratio vivendi omnibus aequa necessaria est, non ratio pin-  
gendi nec ratio psallendi, quas quivis bonus vir sine ulla  
animi vituperatione, sine turpitudine, sine rubore contemp-  
serit. nescio ut Ismenias tibiis canere, sed non pudet me 15  
tibicinem non esse; nescio ut Apelles coloribus pingere, sed  
non pudet me non esse significem; itidem in ceteris artibus,  
XXII ne omnis persequar, licet tibi nescire, nec pudeat. enim vero

1 nihil aequa miror – p. 38, 18 nec accessit Iohann. Sarisb.,  
*Polycraticus* VI 28    2 sqq. cf. Sen., *vit. beat.* 1, 1    4 sqq. cf. Sen.,  
*epist.* 80, 2

1 derapimur *con.* Baeh., *Rh. Mus.* 1912, 117 : dei (dehinc V)  
rapimur *codd.*, detrahimur *con.* Tho., *unde Beau.* quam  
(quod) *con.* Novák, W. St. 1911, 106, quam *⟨cur⟩ con.* Helm,  
BPW 1909, 842    3 ut AGP<sup>2</sup> : *om. cett. codd.*, si add. B<sup>2</sup> (optime  
ut vivas O)    7 itidem M<sup>2</sup>PbF *Ioh.* : id idem G, et inde R, ut idem  
M *cett. codd.*    14 rubore *corr.* Lütj., *Helm*, BPW 1909, 842  
*Beau.* : labore *codd.* *Ioh.*, lab[or]e Rom. Tho.    15 ismenias FPL :  
hismenias NUO, ismenia R, smenias BM, sibimenias AG *Ioh.*, si  
metuas V    17 significem *Vulc.* : significantum BMVFROAGNP<sup>2</sup>  
*Ioh.*, significantum PLU    itidem *Merc.* : et idem *codd.* *Ioh.*    18  
ne B<sup>2</sup>MARO : nisi V, ni BFNPLU, si G *Ioh.*    pudeat BFRON  
PLU : pudet MVAG *Ioh.*

dic, sodes: ‘nescio bene vivere, ut Socrates, ut Plato, ut Py-  
thagoras vixerunt, nec pudet me nescire bene vivere’. num-  
quam hoc dicere audebis. sed cum primis mirandum est  
quod ea, quae minime videri volunt nescire, discere tamen  
neglegunt et eiusdem artis disciplinam simul et ignorantiam 5  
detrectant. igitur cotidiana eorum aera dispungas: invenias  
in rationibus multa prodige profusa et in semet nihil, in sui  
dico daemonis cultum, qui cultus non aliud quam philosop-  
hiae sacramentum est. plane quidem villas opipare extru-  
unt et domos ditissime exornant et familias numerosissime 10  
comparant. sed in istis omnibus tanta adfluentia rerum nihil  
est praeterquam ipse dominus pudendum: nec iniuria. cum-  
mulata enim habent, quae sedulo percolunt, ipsi autem hor-  
ridi, indocti in cultique circumveunt. igitur illa species, in  
quae patrimonia sua profuderunt: amoenissima et extuctis-  
sima et ornatissima deprehendas, villas aemulas urbium  
conditas, domus vice templorum exornatas, familias nume-  
rosissimas et calamistratas, opiparam supellectilem, omnia  
adfluentia, omnia opulentia, omnia ornata praeter ipsum  
dominum, qui solus Tantali vice in suis divitiis inops, egens, 15  
pauper non quidem fluentum illud fugitivum captat et falla-  
cis undae sitit, sed verae beatitudinis, id est secundae vitae et 20

14 cf. Sall., *Cat.* 2, 8    16 cf. Sall., *Cat.* 12, 3    20 cf. Hor.,  
*serm.* I 1, 61 sqq.

3 cum primis : in primis B<sup>2</sup> *Ioh.*    6 invenias : invenies B<sup>2</sup>FR, et  
invenies *Ioh.*    13 horridi : sordidi *Ioh.*    14 illa species *Merc.* :  
illa species B, illas species B<sup>2</sup> *cett. codd.* *Ioh.*    14–15 in quae : in  
qua G, in quam V, in quas B<sup>2</sup> *Ioh.*    19 opulentia BMVARO  
*Ioh.* : opulenta B<sup>2</sup>F, opitulentia G, opitulantia NPLU    20 solus  
*om. FR*    21 fluentum illud Novák, W. St. 1911, 106, Baeh., *Rh.*  
*Mus.* 1912, 117 *Beau.* : fluentem illum *codd.* *Ioh.*, *Helm*, BPW  
1909, 842 Chodaczek, Eos 1929, 297–298, fructum illum Von  
Lennep apud Tho., desp. Tho.    22 sitit *Merc.* *Beau.* : sitim *codd.*,  
post sitim lacunam ind. Tho.

prudentiae fortunatissimae, esurit et sitit. quippe non intellegit aequo divites spectari solere, ut equos mercamur. neque enim in emendis equis phaleras consideramus et baltei polimina inspicimus et ornatissimae cervicis divitias contemplamur, si ex auro et argento et gemmis monilia variegata dependent, si plena artis ornamenta capiti et collo circumiacent, si frena caelata, si ephippia fucata, singula aurata sunt, sed istis omnibus exuviiis amolitis equum ipsum nudum et solum corpus eius et animum contemplamur, ut sit et ad speciem honestus et ad cursuram vegetus et ad vecturam 10 validus: iam primum in corpore si sit

argutum caput, brevis alvus obesaque terga luxuriatque toris animosum pectus honesti;

174 praeterea si duplex agitur per lumbos spina: volo enim non modo perniciter verum etiam molliter pervehat. similiter igitur et in hominibus contemplandis noli illa aliena aestimare, sed ipsum hominem penitus considera, ipsum ut meum Socratem pauperem specta. aliena autem voco, quae parentes pepererunt et quae fortuna largita est. quorum nihil laudibus Socratis mei admisceo, nullam generositatem, nullam 20 prosapiam, nullos longos natales, nullas invidiosas divitias.

2 aequo divites – 11 validus Vincent. Bellov., *Spec. doctr.* V 22; *Spec. hist.* IV 7 3 cf. Sen., *ep.* 80, 9 5–6 cf. Verg., *Aen.* VII 278 12 Verg., *Georg.* III 80–81

2 spectari: spectare MV solere: debere Beau. equos *quos* e Vincentio Lütj. Tho. 5 variegata Brant.: varie gaza vel variae gazae codd. dependent B<sup>2</sup>FRAO: dependet BM VA<sup>2</sup>GNPL, dispendet U 6 capiti Pa Rom.: capite cett. codd. 7 ephippia M<sup>2</sup>: eppippia vel epippia vel similia M cett. codd. cingula AR<sup>2</sup>: singula BMVGRONPLU, si singula F Ioh., si cingula Flor. Tho. Beau. 8 exuviiis: exubiis NPL 9 sit et B: sit cett. codd. Ioh. 16 aestimare UOCH Ioh.: extimare B, extimare B<sup>2</sup> cett. codd. 18 specta: expecta BMA Ioh., expecto V

5

haec enim cuncta, ut dico, aliena sunt. sat[e] Porthaonio 175 gloria⟨e⟩ est, qui talis fuit, ut eius nepotem non puderet. igitur omnia similiter aliena numeres licebit. ‘generosus est’: parentes laudas. ‘dives est’: non credo fortunae. ⟨nec⟩ magis ista adnumero: ‘validus est’: aegritudine fatigabitur. 5 ‘pernix est’: ⟨st⟩abit in senectute. ‘formonsus est’: expecta paulisper et non erit. ‘at enim bonis artibus doctus et adprime est eruditus et, quantum licet homini, sapiens et boni consultus’: tandem aliquando ipsum virum laudas. hoc enim nec a patre hereditarium est nec ⟨a⟩ casu pendulum nec a suffragio anniculum nec a corpore caducum nec ab aetate mutabile. haec omnia meus Socrates habuit et ideo cetera XXIV habere contempsit. Quin igitur et tu ad studium sapientiae 176 ⟨er⟩i[n]geris vel properas saltem, ut nihil alienum in laudibus tuis audias, sed ut, qui te volet nobilitare, aequo laudet ut Accius Ulixen laudavit in Philocteta suo in eius tragoediae principio:

1–2 sat[e] ... gloria⟨e⟩ Baeh., Rh. Mus. 1912, 119 Beau., desp. Tho. Porthaonio Beau., quod dubitanter recepimus: sate (sat est O) prothaonio codd., sate e Porthaone Ribbeck, Rh. Mus. 1878, 434, qui in his lineis trochaicos octonarios conspicere sibi videbatur, sato Prothaonio Ioh. 4 ⟨nec⟩ add. Rom.: an: magis ista adnumero? 5 adnumero B<sup>3</sup> Scal.: denumero vel dinumero B cett. codd. 6 ⟨st⟩abit corr. Tho.: est, ⟨ex⟩stabit con. Chodaczek, Eos 1929, 297, *interrogationis signum post in senectute reponens* in senectute B: in senectute B<sup>2</sup> cett. codd. Ioh. 7 parumper LU 10 ⟨a⟩ add. Koziol, Zeitsch. Österr. Gymn. 1877, 748 12–13 haec omnia – contempsit om. GP 14 erigeris corr. Rohde, JLZ 1876, 781: ingeris codd. Ioh., accingeris Lütj. Tho. Beau., te ingeris Vulc. Barra (et tu qui ... te ingeris R) saltem Ioh. Tho. Beau.: altum codd. 16 actius MVAOL philocteta F Ioh.: filotecta vel philotecta cett. codd.

177

inclite, parva prodite patria,  
nomine celebri claroque potens  
pectore, Achivis classibus auctor,  
gravis Dardaniis gentibus ultor,  
Laertiade.

5

novissime patrem memorat. ceterum omnes laudes eius viri  
audisti. nihil inde nec Laertes sibi nec Anticlia nec Arcisius  
vindicat: [nec] tota, ut vides, laudis huius propria Ulixii pos-  
sessio est. nec aliud te in eodem Ulyse Homerus docet, qui  
semper ei comitem voluit esse prudentiam, quam poetico 10  
ritu Minervam nuncupavit. igitur hac eadem comite omnia  
horrenda subiit, omnia adversa superavit. quippe ea adiutri-  
ce Cyclopis specus introiit, sed egressus est; Solis boves vi-  
dit, sed abstinuit; ad inferos demeavit et ascendit; eadem 15  
sapientia comite Scyllam praeternavigavit nec ereptus est; Circae poculum  
bibit nec mutatus est; ad Lotophagos accessit nec remansit;  
Sirenas audiit nec accessit.

1 Accii, *Trag. Rom. Fragm.* 520 sqq. Ribb.<sup>2</sup>

1 prodite A : praedite *cett. codd.* (*om. F*) *Ioh.* 4 Dardaniis  
*Ioh.* : dardanis *codd.* 5 laertiade *V<sup>2</sup>ROU<sup>2</sup>P<sup>2</sup>*, lerciade  
*MVAGFNPLU* 7 laertes : lertes *GNU* (*corr. U<sup>2</sup>*), lerses *L*  
*Arcisius vel acrisius Ioh.* : arcissius *codd.* (*archisius R*), *Arcisius*  
*Stew.* 8 nec *BMV* : haec *V<sup>2</sup>AFRO Ioh.*, hec nec *GNPLU*, *secl.*  
*Lütj. Tho. Beau.* 11 comite *BMVF* : comitante *cett. codd.*  
*Ioh.* 15 arreptus *ex ereptus B<sup>2</sup>*, arreptus *Ioh.* APULEI PLA-  
TONICI PHILOSOPHI MADAURENSIS DE DEO SOCRATIS LI-  
BER EXPLICIT B MV (*om. LIBER MV*), Explicit de deo Sacratis  
A, *subscriptionem omittunt cett. codd.*

## ASCLEPIUS

[Asclepius: Asclepius iste pro sole mihi est.]

1 'Deus, deus te nobis, o Asclepi, ut divino sermoni interes-  
ses, adduxit, eoque tali, qui merito omnium antea a nobis  
factorum vel nobis divino numine inspiratorum videatur es-  
se religiosa pietate divinior. quem si intellegens videris, eris  
omnium bonorum tota mente plenissimus, si tamen multa  
sunt bona et non unum, in quo sunt omnia. alterum enim  
alterius consentaneum esse dinoscitur, omnia unius esse aut  
unum esse omnia; ita enim sibi est utrumque conexum, ut  
separari alterum ab utro non possit. sed de futuro sermone  
hoc diligenti intentione cognosces. tu vero, o Asclepi, proce- 10  
de paululum Tatque, nobis qui intersit, evoca.'

INCIPIT ERMU TRISMEGISTON (*vel* TRISMECISTON)  
DEHLERA AD ASCLEPIUM (ASCLIPIUM B) ALLOCUTA FELI-  
CITER BMVGNLT, Incipit liber hermetis mercurii trimegistri ad  
asclepium de divinitate et inscribitur hermu trimegiston R; *nullam*  
*inscriptionem praebent FPU post FELICITER add.* ERMU TRIS-  
MEGISTON V βίβλος ἱερὰ ex DEHLERA corr. con. Rohde,  
*Rh. Mus.* 1882, 146, 2; cf. *etiam Mahé, Hermès en Haute-Egypte*,  
*Quebec* 1982, 48 asclepius *bis praebent BMGFNPTU, semel*  
*VRL; totum secl. Tho.* post mihi est dist. T *Tho.*, post prius  
deus (*v. 1*) *cett. codd.* 2 eoque : eique R *Rom. Nock* 7 digno-  
scitur LU unius : unum *con.* Reitzenstein, ARW 1904, 405 9  
ab utro BM, *tuetur Tho. Lachmanni adnotaciones ad Lucr.* V, 839  
*commemorans* : ab utroque *cett. codd.* de futuro : futuro  
LTU 11 Tatque B *coniecerat Bernays, Gesamm. Abhandl.* I,  
*Berlin* 1885, 328 : atque *cett. codd.*